



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CXXX. Bischof Volrad und der Propst Johann von Brandenburg errichten für die Kirche des Nonnenklosters zu Zerbst eine eigene Parochie, am 8. März 1299.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

sanctique Laurentii in Halle, Magdeburgensis dioecesis, speciali graciaram priuilegio honorare, Omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad predictam ecclesiam in summis quatuor festiuitatibus uidelicet natiuitatis domini pasche, pentecostes, ascensionis, nec non in quatuor festiuitatibus beate Marie uirginis et in festo Michahelis archangeli, martyrum Nycolai, Katerine et omnium sanctorum nec non in festiuitatibus apostolorum et in dedicatione prefate ecclesie et per octauas predictarum festiuitatum octauas habentium causa denocionis, acceperint et ibidem diuinum officium seu uerbum exortationis audierint aut quoquo modo eidem ecclesie manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia ac auctoritate nostra, a deo nobis tradita confisi, quadraginta dies de iniuncta eis penitencia, dyocesani consensu accedente misericorditer in domino relaxamus. Datum Magdeburch, anno domini MCCXCVIII, decimo kalendas Aprilis.

Ludwig, Reliq. Man. X., 499.

**CXXX.** Bischof Volrad und der Propst Johann von Brandenburg errichten für die Kirche des Nonnenklosters zu Zerbst eine eigene Pfarochie, am 8. März 1299.

Volradus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Johannes prepositus — protestamur, quod ex consensu Capituli nostre Ecclesie in Brandeburch Domos aliquas segregantes a Parochia Sancti Bartholomei in Tzerewist conjunximus Ecclesie Beate Marie Sanctimonialium ibidem, de ipsa Ecclesia B. Marie Virginis, que ipsi Ecclesie Sancti Bartholomei hactenus subsuerat, singularem Parochiam instaurantes —. Datum et actum in Brandeburch, Anno Domini Millefimo Ducentesimo Nonagesimo nono, Dominica Inuocauit.

Vollständig in Sedemann's Anhalt. Hist. III, 228.

**CXXXI.** Der Markgraf Herrmann verkauft dem Domcapitel das Lehn Zolchow, am 1. September 1301.

Hermannus, dei gratia Brandeburgensis marchio et dominus de Hinneberg — reverendo domino, Johanni Brandeburgensis ecclesie preposito, suoque conventui quoddam allodium sex manforum, in terra Zucha situm, et Zolchow nuncupatum, pro quinquaginta marcis Brandeburgensis argenti et ponderis, quas nos recepisse a preposito et conventu predictis presentibus profitemur, de maturo consilio vassallorum nostrorum vendidimus cum lignis, aquis, piscationibus, pratis, terris cultis et incultis ea libertate, emunitate eoque jure, quo cetera allodia ecclesie sue tenent, et sicut predecessores dicti allodii, videlicet Arnoldus dictus de Piriz, nec non Albertus de Zachow, jure feudali hactenus tenuerunt, ita ipsis non solum modo predicto verum etiam pariter proprietatis tytulo donamus libere perpetuo possidendum, promittentes cum nostris heredibus, ab omni impetitione eorum omnium, qui sibi in predicto allodio aliquid juris addicunt, si quando impetiti fuerint, prepositus et conventus predicti vel qui pro tempore fuerint in ecclesia Brandeburgensi, post